SCHEDA REGIA,
HOC EST,

SENTENTIÆ PARÆNETICÆ, DE OFFICIO REGIS, AB AGAPETO DIACONO ad Justinianum Imperatorem Græcè exaratæ:

Nunc recens Latinæ facta, & seorsim in usum illustris pædagogei Herbornensis editæ.

Accesserunt etiam, Græcè & Latinè enotata, insigniora scripturæ sacræ loca, ad idem argumentum facientia.

Principis est virtus maxima nosse Deum:
Principis est virtus proxima nosse suos.



HERBORNÆ NASSOVIORUM
Typis Christophori Corvini.

ANNO 1605.

Digitized by Google

AD GENEROSOS DOMINOS:

BERNHARDUM, JOHANNEM-GEORGIUM, ET PRZECHIUM, Barones ab Hoddiegowa, convictores suos charissimos,

EPIGRAMMA JOHANNIS PISCATORIS.

Germani fratres generoso sanguine creti,
Magnanimi herois pignora chara patris,
Eja agite eximium hunc AGAPETI *noscite librum,*
Quo bene descripsit principis officium.
Hoc opportuno florentis tempore vitæ
Discere vos avidè talia scripta juvet.
Ingeniis ideò vos gratia dîa beavit:
Adq; scholam nostram misit uterq; parens.
Pro vobis ideò fundunt pia vota precesq;,
Et spem de vobis omnibus hancce fovent:
Spem subjectorum quondam pia frena tenendi,
Hosq; tuendi armis; si modò fata velint.
Ergo schedam monitis sanctis lustrate refertam,
Regi olim magno quæ perarata fuit.
Attamen inprimis scripturæ expendite dicta,
Principibus leges queîs DEUS *ipse dedit.*
Hæc in pectoribus meditata recondite vestris:
Horum nam vobis maximus usus erit.

Digitized by Google



GENEROSIS ADOLESCENTIBUS,

D. BERNHARDO, }
D. JOHANNI-GEORGIO } geminis.
&
D. PRZECHIO,

Generosi & inclyti domini, domini Przechii Baronis ab Hoddiegowa filiis, fratribus germanis.



Uum, generosi & inclyti domini Barones, ex nobili Europæ regno, patriâ Bohemiâ, ad nos hucusq; ob literarum studia profecti sitis, & jam annum huic illustri Scholæ ornamento fueritis singulari; duximus nostri officii esse, ut aliquid etiam literarii munusculi, antequam à nobis discederetis, vobis destinaremus: ut non modò erga vos studii nostri aliquod exstaret monumentum, sed & constaret aliis, vos eo apud nos esse loco, quem & splendor vestræ familiæ

&vestra nobis probata virtus mereatur. Eam autem ad rem aliquid vestræ vocationi, tum præsenti tum sequuturæ, conveniens, deligendum fuit, quum iis sitis orti natalibus, ut, ætate confirmatiore, ad Remp. gubernandam administrandamque, exemplo inclyti domini parentis vestri, sitis adhibendi. Commodùm itaq; his diebus mihi in bibliotheca nostra publica hæ Agapeti paræneticæ sententiæ se obtulerunt; quæ quum me legentem suaviter afficerent, etiam cl. v. domino Johanni Piscatori, vestri convictus hospiti eas perlegendas exhibui; cui consimiliter ita fuerunt comprobatæ, ut, quod ego animo anticiparam, eas consuleret, in usum Scholæ nostræ Typographico prelo subjici, ut eadem occasione & operâ aliis quoq; volentibus servirent. Submonuit etiam, ut è scripturis sanctis illustriora de regum officio loca asscriberentur. Quare, de voluntate ipsius, hæc attexenda simpliciter enotavi, & illas ad excudendum præparavi, quumque vetus, iis adjecta, nescio cujus auctoris, versio, lectoris aures minùs impleret, utpote nonnunquam satis bar-

bara

bara & obſcura, puriùs & magis perſpicuè illas tradidi Latinæ conſuetudini; ut & iis, qui Græcè neſciunt, uſui eſſe queant majori. Quã rem quum idem adjuvaret & probaret, veſtri nominis præſcriptione illuſtrare, & noſtris diſcipulis opuſculum hoc commendabilius reddere placuit. Quòd autẽ liberior eſt translatio & minùs anxiè ad verbum facta, nemo, opinor, vitio vertet, quum in hominum ſcriptis, in aliam transfundendis linguam, plus omnino nobis ſit libertatis, quàm in ſacris literis transferendis; quæ etiam ſub magna ſimplicitate auguſtum ſuum decus uſquequaq; retinent: quod idem in humanis libris nõ accidit. Habet Græcus ſermo in hoc libello, ut alibi, peculiarem quandam in brevitate gratiam, quam pariter conciſè ut exprimerem, Latinitatis ratio non ferebat. Abundat cumprimis tractatus hic dulciſſimis paronomaſiis, quas, ubi fieri potuit, in Latino cõtextu ſervare ſtudui: ubi autem, ut fiebat plerumq;, non licuit eas imitando conſectari, in margine, ut ſe lectoris oculis ſtatim offerrent, annotavi. Quicquid autẽ hujus eſt, quum ſit pium

ſcriptum, ut quod doceat (velut Juſtinus Curopalata Juſtiniani illius Auguſti ex ſorore nepos apud Zonaram lib. 3. annal. monet ante omnia Tiberium) τὰ πρὸς θεὸν δ' εὐσεβεῖν, τοὺς ὑπηκόους δ' εὐεργετεῖν, τοὺς ἀδικουμένους διεκδικεῖν, id eſt, Deum piè colere, in ſubditos beneficentiam exercere, & oppreſſos ab injuria vindicare: confido, vobis, pro veſtra pietate & ſapientiæ prudentiæq; ſtudio, (quas ad res doctrinâ & vitæ exemplo informatorem fideliſſimum domi habetis, ornatiſſimum virum, d. Fridericum Schutzium, quem ſuo merito amatis & honoratis,) confido, inquam, illud gratum vobis & acceptum fore. Quod ſupereſt, Deum Opt. Max. oro, ut vobis veſtros, & vos illis, ad ſuam gloriam illuſtrandam, & eccleſiam ornandam, ſalvos & incolumes ſervet: veſtrisque, in notitia veri & actione boni poſitis ſtudiis, ita benedicat luculenter, ut in Rep. Chriſtiana diu florentes vos læti conſpicemur. Scripſi Herbornæ Non. Calend. April. anno ultimi temporis 1605.

Veſt. generoſ.

addictiſſimus

Matthias Martinius.



AD LECTOREM.



E Agapeto, hujus schedæ regiæ auctore, nihil habeo quod commemorem, extra quam, si quid ex hoc ipso commentariolo colligatur: ex quo patet, quòd eodem tempore vixerit, quo Justinianus ille, ex juris civilis constitutionibus celebris, imperium administravit. id quod sortitus est anno à nato Servatore quingentesimo vigesimo octavo. Circa hæc tempora ego quidem nondum clarum reperio in historiis alium Agapetum, nisi eum, qui, quum Bellisarius in Sicilia de voluntate Imperatoris commoraretur, Johanni Papæ mortuo à Theodato Gothorum rege circa annum 534 suffectus fuit, & exiguo tempore sedit, menses nempe 11. dies 18. In Tomis Conciliorum volum. 2. legimus, Agapetum illum, ut legatum, anno Domini 534. 10. Calend. Maji Constantinopolin venisse ad Justinianum Imperatorem, Amalasunthæ reginæ, sibi commendatæ, à Theodato perpetratâ cæde, offensum: quæ legationis illius à Theodato instituta causa fuerit. Et partim ibi, partim alibi passim ab historiographis refertur, quòd cùm Anthimus, seu, ut alii scribunt, Anthemius, eo tempore episcopus Constantinopolitanus, Acephalis esset deditus, & ab ipso etiam Imperatore Agapetus tentaretur, ut Eutychianam opinionem comprobaret; interq; eos propterea contentio verteretur, Imperator indignatus, Pontificem meminisse jusserit, quòd Imperatori se opponeret, penes quem esset summa potestas, insuper & minas

addiderit, Agapetus verò in hæc verba responderit, Putabam me venisse ad Christianum principem, sed, ut deprehendo, veni ad Diocletianum: qui tamen minas tuas non pertimesco. Addunt quidam, quòd riserit & collum nudaverit, responso dato, se cædem æquo animo laturum esse, & beatum fore, si talis sibi vitæ exitus daretur. Tam liberâ voce delectatum tamen ajunt esse Imperatorem, & piis episcopi consiliis & monitis cessisse, ejectoq; è communione & in exsilium expulso Anthimo, quum ab Agapeto erroris esset convictus, Mennam in locum illius substituisse. Exstat etiam in dicto Conciliorum volumine epistola Agapeti illius ad Anthimum, quæ est de duabus naturis in uno Christo: ubi eum reprehendit, quòd Imperatorem & reliquos populos doceat ita, ut, negatâ humanæ carnis atq; animæ veritate, tantùm Dominum nostrum Jesum Christum unius asserat esse naturæ, tanquam verbi deitas ipsa se in carnem animamq; verterit. Hic Agapetus ibidem Constantinopoli defunctus est, & corpus ejus Romam in loculo plumbeo in basilicam B. Petri translatum & 12. Calend. Octob. est sepultum. Ad synodos istas, anno D. 518 & 536. antegressas secundum illud Concilium Constantinopolitanū, quod œcumenicum seu generale quintū est, anno D. 553 celebratum, in subscriptionibus legitur non semel: Agapetus miseratione divinâ presbyter & archimandrita monasterii Dii. *Commemoratur ibi etiam* Agapetus Dei miseratione presbyter & archimandrita divæ memoriæ Thalassii. *Sed hic noster Agapetus, quo tempore hanc parænesin exaravit, diaconum se profitetur magnæ & sacrosanctæ Ecclesiæ,*

clesiæ, Constantinopolitanæ, ut puto, urbis, ubi Imperatoria aula erat constituta. Et videtur sub Imperii Iustinianei initium hic tractatus exaratus esse. In Tomis Cōciliorum, ubi congregata fuit synodus Constantinopolitana, anno 536, appellatur atrium diptychum venerandæ domus sanctæ, & gloriosæ dominæ nostræ matris Dei & semper virginis Mariæ, prope sanctissimam magnam Ecclesiam exsistens. Mihi quidem non fit verisimile, Romanum illum Pontificem & Græcè scripturum, & non alio sui appellandi more usurum fuisse. Etsi verò plura de Agapeto isto in nostram quidem notitiam non pervenerint: hæc tamen, quæ inter monumenta S. Patrum orthodoxographa à Johanne-Jacobo Grynæo anno 1569 sunt edita Basileæ, reperitur admonitio, obscura non fuit, unde in præfatione his de ea verbis scribit: Agapetus parænesi ad Iustinianum Imperatorem descripsit officium boni principis. In precio fuisse libellum ex eo manifestum fit, quód *βασιλικὴ σχέδη, id est, regia scheda,* apud Græcos dicitur. Orditur à cultu & honore, quem principes viri Deo debent, ac de vigilantia, *περὶ εὐγενείας, id est, de nobilitate,* & de facultatibus opum disputans, monet, principi operam esse dandam, ut quotidie in omni virtutum genere proficiat. *In Gesneri etiam bibliotheca nihil annotatum video præter hoc, quod subjicio:* Agapetus diaconus magnæ & sacrosanctæ Dei ecclesiæ scripsit sententias paræneticas numero 72. ad Iustinianum Cæsarē, quam Græcè schedam regiam appellant. Disserit enim de regis officio. *Quoniam illi polyhistores*

Diptychon est locus, ubi servantur episcoporum nomina.

viri nihil aliud addunt, suspicor opusculum hoc auctore ipso celebrius fuisse.

De Justiniano verò nihil penè hîc asscribere necessum videatur: quum sit celeberrimi nominis Imperator, unde Justinianus Magnus appellatur. Tria autem inprimis cum laude de eo recitari solent, quòd nempe jus civile in certum ordinem redigi curarit, quòd Christianum Concilium, quæ quinta Synodus Oecumenica dici solet, coëgerit, quódque Imperii terminos contra irruptiones barbarorum munitionibus firmarit. Suidas eum vocat ὀρθοδοξότατον, hoc est, rectæ fidei studiosissimum, ἀμάθητον interim, καὶ ἀναλφάβητον, hoc est, rudem nullisque literarum disciplinis institutum. Zonaras tomo tertio historiarum seu annalium hæc ei vitio dat, quòd pecuniam & temere profuderit, & per fas ac nefas comparavit, annua tributa exaggerando; quódque, propter ædificationes suas, stipendia liberalium artium magistris olim constituta sustulerit, quas, vacantibus literarum studiis, vastitas invaserit; quódque sub extremam ætatem in hæresin τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν inciderit, id est eorum, qui opinabantur, à Domino non assumtam esse mortalem carnem, sed eam, simul atque assumta esset, immortalem exstitisse. Et sic Evagrius l. 4. histor. Eccles. c. 29. meminit, quòd tam largus in eroganda pecunia fuerit, ut multa sancta & magnifica templa in multis locis exstrueret, aliaque sacra ædificia, quibus tum viri tum mulieres & ætate tenerâ & exactâ, tum qui variis morbis vexabantur, sedulò accurarentur: alia denique infinita exsequeretur opera; Quæ, *inquit,* sanè pia Deoque accepta essent, si modò illi vel alii, qui talia moliuntur,

liuntur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suæque vitæ actiones vacuas à sceleris labe, tanquam hostiam, Deo offerrent. *Ille quidem scriptor historiam de eo suam minimè laudabili epilogo terminat, dum sub initiū libri quinti sic scribit:* Justinianus igitur quum omnia omnino turba ac tumulta complevisset, mercedemque his rebus debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia, justo Dei judicio apud inferos luenda, profectus est. *Quod quidem si ita est, hæc Agapeti exhortatio magis illi necessaria, quàm fructuosa exstitit, ut qui cum fide doctoris suum nō conjunxerit obsequium. Et de Triboniano ejus quæstore non pauca Suidas habet vituperationis plena, ut, quòd fuerit gentilis & impius, à Christiana religione omnibus modis alienus, adulator, & impostor, eruditionis quidem summa,* ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακώς, *hoc est, pecuniæ mirum in modum, diabolico quasi impetu, avidus, sed* τῆς φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιάσαι ἱκανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ, *hoc est, ingeniosissimus & solertissimus ad avaritiæ morbum amplitudine doctrinæ tegendum & quasi obscurandum. Is quidem si talis fuit, & ea de re constitit Imperatori, non erat sectioni parænesis 2. 22. 32. 52. consentaneum in tanto illū habere precio. Sed de Justiniano melius quid speravero: etsi suis quibusdam etiam ut homo, vitiis laborarit. Sunt enim alii in Justinianum æquiores quàm Euagrium fuisse meminimus. Franciscus Hotomannus in vita ipsius, quæ commentario in quatuor institutionum juris civilis libros est præfixa, hæc de eo habet:* Re-

ligionem Christianã piè sanctèq; coluit: siquidem errantium opinionũ, quibus tum Ecclesia Christiana, tanquã tempestatibus quibusdam agitabatur, vindicem se acerrimum inimicissimumque præbuit. Nam & Porphyrii & Eutychetis Nestoriique impias & sceleratas opiniones repudiavit, ac religionis nostræ de triplici in Deo persona sententiam integerrimè constantissimeque defendit. Postremò, quæ in Cõcilio Niceno eadem de religione convenerant, arctissimè retinuit. Imperavit annos XXXIIX. M. VII. D. X. vixit circiter octoginta quatuor annos, mentisque errore multò antè affectus, Justino ex filia nepote Imperatore designato, vitâ est functus. *Quo in religionem fuerit studio planum est ex illo edicto, quod tertio sui imperii anno promulgavit, ut nulla videlicet esset religio, nisi Christiana in suis regionibus & provinciis, ac idololatris dedit inducias tres menses ad conversionem: ut refert Paulus Diaconus lib.16. rerum Roman. Et hujus Imperatoris vitam, saltem pro isto tempore, quo hæc scribebat, Agapetus passim commendat capitulis 3.8.17.18.20.30. 34. 49. Eum autem ipsum & suæ doctrinæ immemorem & assentationis turpitudine inescatum fuisse, suspicari nolim. Nec verò hanc sinistram suspicionem admittit libertas illa, quâ passim in tanto principe monendo utitur. Quapropter etiam infrà, in argumento, non veritus sum Justiniani memoriam cum laude usurpare. Ubi in judiciis est discrepantia, nisi evidentissima ratio obstet, in mitiorem sententiam malim concedere. Et, si ex uno aut*

altero

altero facto totius vitæ curriculum æstimare quis velit, quid fiet etiam de optimis, ipsiusq; Dei testimonio in sacra scriptura laudatis regibus? Nimirum iniqua est, omni in re, sepositis bonis, malorũ enumeratio, vitiorumque selectio: iniquior autem nævorũ exaggeratio, virtutũq; obscuratio, & deniq; iniquissima in innocẽtes effusa & sparsa calumniãdi rabies. Sed quicq́d tandẽ hîc sit statuendũ, officii nostri esse intelligimus, ut & ipsi veræ religionis justitiæq; simus cultores, & aliis utriusq; illius studii auctores & suasores. Optima enim hæc est fidei, vitæ & vocationis nostræ constituendæ ratio, si nullius hominis exemplo ad claudicandum in via virtutis nos abduci patiamur, sed ad Dei vocem voluntatemq; irretortis ac inconniventibus oculis respiciamus, utq; eum, quem in fine mundi judicem sumus audituri, nunc officii nostri sequamur indicem, ac ei, à quo mercedem in panegyri novissimi diei exspectamus, castè integreq; serviamus. Fidei studendum est incontaminatæ, conscientiæ bonæ, honestæq; famæ; quum sine illa nequeamus placere DEO, sine ista nec nobis ipsis, sine hac neq; proximo: orandumque sine intermissione, ut DEUS pater ille misericordiæ, quod sibi est gratum, ad laudem nominis sui sempiternam, in nobis ratum faciat.

ΜΑΤΘΙΟΥ ΜΑΡΤΙΝΙΟΥ ὙΠΟΘΕΣΙΣ τῶν Ἀγαπητοῦ παραινετικῶν κεφαλαίων.

Ἰουστινιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ μεγάλου τυχὼν ἀξιώματος, καὶ πολλῶν λαῶν δυναστείαν ἔχων, παρὰ τὴν τῶν χριστιανῶν διδασκαλίαν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας οὐ παρετράπετο ἐννοούμενος, τὴν βασιλείαν αὐτῷ οὐ πρὸς ὕβριν, ἀλλὰ πρὸς εὐεργεσίαν, καὶ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας, τῆς ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ ἀμώμῳ ἁγιωσύνῃ, αὔξησιν, δεδόσθαι. Διὰ τόδε αὐτοῦ τὸ φρόνημα στηρίξων Ἀγαπητὸς τουτὶ ξύγγραμμα συνεχῶς πρὸς αὐτὸν ἐσχεδίασεν· ὅπερ γε μὴν αὖ δόξειε διεσμιλευμέναις, ὡς εἰπεῖν, φροντίσιν ἐξηκριβῶσθαι, διὰ τὸ γνωμολογικὸν αὐτοῦ πάνυ γλυκὺ, καὶ διὰ τὸ εὐσεβές τε καὶ φρόνιμον τῶν νουθεσιῶν. Προτρέπει δὲ ὁ ξυγγράψας τὸν βασιλέα, τοῖς αὐτῷ πρέπουσιν ἀνδραγαθήμασιν, ἢ, ὡς εἰπεῖν κατὰ τὸ εἰωθὸς, κατορθώμασιν ἐμμένειν. Δύο κεφαλαιωδῶς παραινῶν διατελεῖ, ἵνα φιλόθεός τε καὶ φιλάνθρωπος ὢν τὸν βίον διάγῃ, εἰς τὸ εἶναι, πρῶτον μὲν τῷ θεῷ παντεπόπτῃ καὶ ἐξουσιαστῇ πάντων, ὡς υἱὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ὑπηκόοις, ὡς πατέρα, προσφιλῆ. Δῆλος οὖν ἐστι ταῖς διανοίαις ἀποβλέπων εἰς τὰς δύο τοῦ Δεκαλόγου πλάκας, καὶ τὸ καθόλου αὐτῶν τῇ βασιλικῇ κλήσει εἰδικῶς ἐφαρμόζων. Ποτὲ δὴ καὶ τὸ παραινετικὸν τῷ ἐπαινετικῷ ποικίλλει, καὶ διηγήματά τινα συστατικὰ ἐπιπάσσει, ὅπως, ὡς οἶμαι, ἀνύποπτος ἂν εἴη τῆς ἀπρεπείας ἢ ἀναιδείας, καὶ μὴ τυγχάνοι φαινόμενος τοιοῦτος, οἷος ἀγνωμονέστερον τῷ βασιλεῖ προσφέρεσθαι, ἢ τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς τῷ τῶν προτροπῶν τολμηρῷ ἀμαυρώσειν, ἢ τῶν ὄντως ἐν αὐτῷ λαμπουσῶν ἀρετῶν ὀλιγώρως ἔχειν. Καὶ δὴ φρονίμου τε, καὶ δικαίου ἦν, τοιοῦτον ἄνδρα οὐ μόνον παραινεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖν. Τρόπος γὰρ τοῦ τοὺς πρὸς τὴν καλοκαγαθίαν ἐπιμελῶς διακειμένους προτρέπειν οὗτος ὑπάρχει ἄριστος, εἰ καὶ τὰ ἀληθῆ ἐγκώμια οὐ παρασιωπῶμεν, καὶ τὴν τῆς εἰσηγήσεως ὡσεὶ αὐστηρότητα τῇ τῆς συστάσεως γλυκύτητι ἀποβουκολῶμεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ θέρμοι πικροὶ ὄντες, βρεχόμενοι γλυκαίνονται· οὕτω καὶ οἱ παραινούμενοι, μεταξὺ ἐπαινούμενοι, ἀποβαίνουσιν εὐπειθέστεροι.

ΜΑΤ-

MATTHIÆ MARTINII ARGUMENTUM IN CAPITULA ADmonitionum Agapeti.

Iustinianus Imperator quum in celsissimam augustæ dignitatis atq; honoris sedem ascendisset, & in multos populos dominatum obtineret, à Christiana doctrina ob potestatis sublimitatẽ non deflexit: sed animũ ad hoc cogitandum instruxit, regnũ sibi non ad contumeliã & injuriã in Deum & homines, sed ad beneficentiã & ad ꝑmovendã verã religionem, in recta fide & sincera sanctimonia positam, traditum & commissum esse. Quapropter ejus animum confirmaturus Agapetus, hoc scriptum cordatè ad ipsum quasi ex tempore fudit: qui certè videri queat exquisitis elaboratus meditationibus libellus, propter sententiarum suavem elegantiam, pietatemq; & prudentiã, quæ ex ipsis admonitionibus elucet. Hortatur autem auctor regem, ut in rebus præclarè gerendis constantiam servet, adeoq; à recti officii religione nusquam declinet. Duo sunt, de quibus summatim eum admonet, ut & Deum piè colat, & in subditos humanitate utatur & clementiâ: ut ita ante omnia, uti filius se commendet Deo, qui cunctorum minimè otiosus sit spectator, & auctoritatem imperiumq; summum in omnia obtineat: deinde etiam subditis, ut quibus isto pacto affectum parentis exhibeat, sit amabilis. Non est igitur obscurum, quòd ad duas decalogi tabulas respiciat, & , quæ ibi omnibus universè edicuntur, speciatim ad regiam vocationem accommodet. Interdum verò etiam admonitiones laudationibus variat, & commendatitias quasdam narrationes aspergit; ut, opinor, diluat suspicionem, quasi parum verecundus esset & modestus, aut animo in regem non satu æquo, celsitatemq; ac existimationem Imperatoriam exhortationum audaciâ obscurare cogitaret, aut parvi duceret virtutes illas, quæ de ipso vera cum gloria prædicari poterant. Et sanè prudentis juxta ac justi hominis erat, talem virum non modò idoneis consiliis ad officii sui munus instruere, sed & debitis laudibus prosequi. Optimus enim est eos, qui integritatis & honestatis serio studio ducuntur, cohortandi modus, si vera eorum præconia non prætereamus silentio, & institutionis austeritatem commendationis dulcedine molliamus & quasi fallamus. Sicut etiam lupini, alioquin amarissimi, dulcescunt macerati: ita etiam, qui admonentur, interpositâ commendatione, evadunt obsequentiores.



ἘΚΘΕΣΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΏΝ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙκῶν, σχεδιασθεῖσα παρὰ Ἀγαπητοῦ διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ὧν ἡ ἀκροστιχὶς ὧδέ πως ἔχει.

Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ, Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος διάκονος.

α Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα, βασιλεῦ, τιμᾶς ὑπὲρ ἅπαντας τὸν τούτου σε ἀξιώσαντα θεόν· ὅτι καί, καθ' ὁμοίωσιν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας, ἔδωκέ σοι τὸ σκῆπτρον τῆς ἐπιγείου δυναστείας, ἵνα τοὺς ἀνθρώπους διδάξῃς τὴν τοῦ δικαίου φυλακήν, καὶ τῶν κατ' αὐτοῦ λυσσώντων ἐκδιώξῃς τὴν ὑλακήν· ὑπὸ τῶν αὐτοῦ βασιλευόμενος νόμων, καὶ τῶν ὑπὸ σὲ βασιλεύων ἐννόμως.

β Ὡς κυβερνήτης, ἀγρυπνεῖ διὰ παντὸς ὁ τοῦ βασιλέως πολυόμματος νοῦς, διακατέχων ἀσφαλῶς τῆς εὐνομίας τοὺς οἴακας, καὶ ἀπωθούμενος ἰσχυρῶς τῆς ἀνομίας τοὺς ῥύακας, ἵνα τὸ σκάφος τῆς παγκοσμίου πολιτείας, μὴ περιπίπτῃ κύμασιν ἀδικίας.

γ Θεῖον μάθημα καὶ πρῶτον οἱ ἄνθρωποι, τὸ γνῶναί τινα ἑαυτόν, διδασκόμεθα. ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνούς, γνώσεται θεόν. θεὸν δὲ ὁ γνούς, ὁμοιωθήσεται θεῷ. ὁμοιωθήσεται δὲ θεῷ, ὁ ἄξιος γενόμενος. Θεοῦ δὲ ἄξιος γίνεται,

TRACTATUS, IN QUO BREVITER EXPONUNTUR MONITA quædam de officio regis, fusus ab Agapeto, magnæ & sacrosanctæ Dei Ecclesiæ diacono; quæ Arithmeticis à capite notis, velut in versus distincta, hoc modo se habent.

Auctoritate divinitus concessâ sacratissimo & religiosissimo regi nostro Justiniano, Agapetus diaconorum minimus omnem DEI *benedictionem exopto.*

1 QUum, optime rex, honore quovis eminentiorem obtineas dignitatis gradum: meritò præ omnibus eũ, qui isto te exornare est dignatus, DEUM nempe summum, sanctè colis: quandoquidem ad cælestis regni similitudinem comparatum terrenæ tibi dominationis sceptrum ille tradidit, ut homines doceas ex æquo & bono vivere, ac justitiæ facinora patrare: eos verò qui in illam rabie furenti stimulantur, serio recti studio ita persequaris, ut latrare desinant: ita nempe & te regendum DEI legibus subjecturus, & populos tibi subditos sanctis legibus convenienter recturus.

2 Gubernatoris instar, in navi excubantis, oculatissima mens regis nunquam non advigilat, ita prudenter & firmiter rectum æquitatis clavum tenens, iniquitatis autẽ eluviem & labem coërcens & reprimens fortiter, ut ne mundanæ Reip. navis in fluctus iniquitatis impingat.

3 Qui homines sumus, hoc primum & præcipuũ discendũ accepimus: Quilibet ut cognoscat se ipsum. Qui enim se ipsum cognoverit, idẽ & Deum cognoscet. Deum verò qui cognoverit, similis Dei evadet. Dei autẽ similis existit, qui dignus eo ab ipso factus fuerit. Dignus autem

γίνεται, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πράττων Θεοῦ, ἀλλὰ φρονῶν μὲν τὰ αὐτοῦ, λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ, ποιῶν δὲ ἃ λαλεῖ.

δ' Ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐναβρυνέσθω. πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ καυχώμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ καὶ νόσῳ τρυχόμενοι, καὶ οἱ διαδήματα περικείμενοι, καὶ οἱ διὰ δώματα προσκείμενοι. μὴ τοίνυν εἰς πήλινον ἐγκαυχώμεθα γένος, ἀλλ' ἐπὶ χρηστότητι σεμνυνώμεθα τρόπων.

ε' Ἴσθι, ὦ εὐσεβείας θεότευκτον ἄγαλμα, ὅτι ὅσῳ μεγάλων ἠξιώθης παρὰ Θεοῦ δωρεῶν, τοσούτῳ μείζονος ἀμοιβῆς ὀφειλέτης ὑπάρχεις αὐτῷ. οὐκοῦν ἀπόδος τῷ εὐεργέτῃ τὸ χρέος τῆς εὐχαριστίας, τῷ λαμβάνοντι τὸ χρέος, ὡς χάριν; καὶ τῆς χάριτος χάριν ἀντιδιδόντι. αὐτὸς γὰρ ἀεὶ καὶ χαρίτων ἄρχει, καὶ ὡς χρέος τὰς χάριτας ἀποδίδωσιν. εὐχαριστίαν δὲ ζητεῖ παρ' ἡμῶν, οὐ τὴν διὰ ῥημάτων ἀγαθῶν προσφορὰν, ἀλλὰ τὴν διὰ πραγμάτων εὐσεβῶν προσφοράν.

ς' Οὐδὲν οὕτως εὐδόκιμον ἐργάζεται ἄνθρωπον, ὡς δύνασθαι μὲν, ἃ βούλεται, πράττειν, ἀεὶ δὲ φιλάνθρωπα καὶ βούλεσθαι καὶ πράττειν. ἐπειδὴ τοίνυν ἐκ Θεοῦ σοι κεχάρισαι δύναμις, ἧς ἐδεῖτο δι' ἡμᾶς ἡ ἀγαθή σου βούλησις, πάντα καὶ βούλου, καὶ πράττε, ὡς ἀρέσκῃ τῷ ταύτην σοι δεδωκότι.

ζ' Τῶν ἐπιγείων χρημάτων ὁ ἄστατος πλοῦτος, τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον. πρὸς ὀλίγον μὲν ἐπιρρέων τοῖς ἔχειν νομίζουσι, μετ' ὀλίγον δὲ παραρρέων, εἰς ἄλλους ἀπέρχεται· μόνος δὲ τῆς εὐποιΐας ὁ θησαυρὸς, μόνιμός ἐστι τοῖς κεκτημένοις αὐτόν. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἔργων αἱ χάριτες ἐπὶ τοὺς ποιοῦντας ἐπαναστρέφουσιν.

η Ἀπρό-

Deo judicabitur, qui Deo nihil indignum molitur, sed qui tum cogitat ea, quæ sunt ipsius; tum loquitur ea, quæ cogitat; tum verò etiam facit, quæ loquitur.

4 Majorum nobilitate ne quis insolentiùs se efferat. Omnes enim limum habent generis auctorem, tam qui purpurâ et bysso magnificè & gloriosè vestiuntur, quàm qui egestate & morbis atteruntur: tam ii, quibus diademata sunt imposita, quàm qui ante domos positi versantur custodiæ causâ. Ne igitur nos de luteo genere jactemus, sed morum innocentiâ probitateque nos venerabiles præstemus & commendemus.

5 Scias, serenissime Imperator, qui à Deo fabrefacta es pietatis effigies, quantò majora Dei benignitate consequutus es dona, tantò etiam ad gratiam reddendam obligatiorem ei esse te debitorem. Ei igitur, cujus in te tã insignia exstant beneficia, redde grati animi debitum, ei maximè, qui ex misericordia, quod debitum est, acceptat, ut meritũ, & gratiam gratiâ remuneratur. Ipse enim semper & gratiæ donis nos antevertit, & gratiæ munera, ac si essent debita, reddit. Gratiam autem à nobis requirit, non talem, quæ in bonorum verborum prolatione terminetur, sed quæ cum piorum operum oblatione sint conjuncta.

6 Nulla res tantopere ad conciliandam homini nominis claritatem facit, atque, si quis, quæ vult, possit quidem opere ipso præstare: semper autem velit, & faciat ea, quæ humanitati & benevolentiæ sunt consentanea. Quãdoquidẽ igitur divinâ largitate tibi tributa est facultas, quâ tuæ bonæ voluntati ꝓpter nos opus erat, omnia & velis & agas ex ejus, qui illam tibi contulit, arbitrio.

7 Terrenarum rerum fugax & instabilis opulentia, fluvialium aquarum decursum imitatur. Quum enim ad breve tempus iis, qui illam se tenere arbitrantur, affluit, paulò pôst præterfluens ad alios demigrat. Solus autem beneficentiæ thesaurus constanter suis manet possessoribus. De bonis enim operibus gratia ad auctores suos revertitur.

η Ἀπρόσιτος μὲν ὑπάρχεις τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὸ ὕψος τῆς κάτω βασιλείας, εὐπρόσιτος δὲ γίνη τοῖς δεομένοις, διὰ τὸ κράτος τῆς ἄνω ἐξουσίας· καὶ ἀνοίγεις τὰ ὦτα τοῖς ὑπὸ πενίας πολιορκουμένοις, ἵνα εὕρῃς τὴν τοῦ θεοῦ ἀκοὴν ἀνεῳγμένην. οἷοι γὰρ ἂν τοῖς ἡμετέροις γενώμεθα συνδούλοις, τοιοῦτον περὶ ἡμᾶς εὑρήσομεν τὸν δεσπότην.

θ Τὴν πολυμέριμνον τοῦ βασιλέως ψυχὴν, κατόπτρου δίκην, ἀποσμήχεσθαι χρὴ, ἵνα ταῖς θείαις αὐγαῖς ἀεὶ καταστράπτηται, καὶ τῶν πραγμάτων τὰς κρίσεις ἐκεῖθεν διδάσκηται. οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ τὰ δέοντα καθορᾶν, ὡς τὸ φυλάσσειν ἐκείνην διὰ παντὸς καθαράν.

ι Ὥσπερ ἐπὶ τῶν πλεόντων, ὅταν μὲν ὁ ναύτης σφαλῇ, μικρὰν φέρει τοῖς συμπλέουσι βλάβην· ὅταν δὲ αὐτὸς ὁ κυβερνήτης, παντὸς ἐργάζεται τοῦ πλοίου ἀπώλειαν· οὕτω καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν, ἂν μέν τις τῶν ἀρχομένων ἁμάρτῃ, οὐ τὸ κοινὸν τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτὸν ἀδικεῖ· ἂν δὲ αὐτὸς ὁ ἄρχων, πάσης ἐργάζεται τῆς πολιτείας τὴν βλάβην. ὡς οὖν μεγάλας ὑφέξων εὐθύνας, εἴ τι παρίδοι τῶν δεόντων, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ λεγέτω πάντα, καὶ πραττέτω.

ια Κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως φέρων αὐτὰ, καὶ περιφέρων. καὶ τούτοις ἀνισότης ἐστὶ, τῷ μηδὲν τῶν παρόντων ἐν ταυτότητι μένειν. δεῖ οὖν σε, κράτιστε βασιλεῦ, ἐν τῇ τούτων ἀγχιστρόφῳ μεταβολῇ, ἀμετάβλητον ἔχειν τὸν εὐσεβῆ λογισμόν.

ιβ Ἀποστρέφου τῶν κολάκων τοὺς ἀπατηλοὺς λόγους, ὥσπερ τῶν κοράκων τοὺς ἁρπακτικοὺς τρόπους. οἱ μὲν γὰρ τοὺς τοῦ σώματος ἐξορύττουσιν ὀφθαλμοὺς,

οἱ δὲ

8 Inaccessus es quidem hominibus propter sublimitatem regni terreni: accessu autem facilem te præbes iis, qui tuę opis sunt indigi, propter potentiam potestatis cælestis: Et aperis aures iis benignas, qui à paupertate circumsidentur, ut aurem Dei apertam invenias. Quales enim erga nostros nos gesserimus conservos, talem etiam dominum erga nos experiemur.

9 Multis districtam curis & solicitudinibus regis animam ad instar speculi detergendo oportet emaculari, ut divinæ lucis radiis semper refulgeat, & inde de rebus rectè dijudicandis instruatur. Nihil enim æquè facit ad id, quod facto opus est, pervidendum, atque si illa absque intermissione pura custodiatur.

10 Sicut apud eos, qui navi vehuntur, quũ errat nauta quispiam, non magnum unà vehentibus damnum affert; at si ipse gubernator delinquat, totã navim evertit & perdit: ita etiam in civitatibus, si quis è subditis peccet, non tam Remp. quàm se ipsum lædit; si verò princeps ipse à virtutis studio deflexerit, totam civitatẽ in perniciem adducit. Is igitur, quum gravem sit redditurus rationem, si quid officii prætermiserit, accuratè consideratecę; & dicat & faciat omnia.

11 Circulus quidam humanarum rerum revolvitur, quo aliâs aliter eadem feruntur & circumferuntur. Et magna his accidit dissimilitudo, quum nihil præsentium in eodem statu consistat. Tuum igitur est, præstantissime Imperator, in his conversionibus mutationibusque subinde oborientibus immutabilem in pietate colenda animum servare.

12 Adulatorum * aversare fallaces sermones: ut corvorum * rapaces mores. Nam hi quidem corporis oculos effodiunt, illi verò animæ hebetant cogitationes, quũ

* κολάκων.
* κοράκων.

οἱ δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς ἐξαμβλύνουσι λογισμοὺς, μὴ συγχωροῦντες ὁρᾶν τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. ἢ γὰρ ἐπαινοῦσιν ἔσθ' ὅτε τὰ ψόγου ἄξια, ἢ ψέγουσι πολλάκις τὰ ἐπαίνων κρείττονα, ἵνα δυοῖν θάτερον αὐτοῖς ἁμαρτάνηται, ἢ τὸ κακὸν ἐπαινούμενον, ἢ τὸ καλὸν ὑβριζόμενον.

ιγ Ἴσον εἶναι χρὴ πάντοτε τοῦ βασιλέως φρόνημα. τὸ γὰρ συμμεταβάλλεσθαι ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς, διανοίας ἀβεβαίου τεκμήριον γίνεται· τὸ δὲ παγίως ἐν τοῖς καλοῖς ἐρηρεῖσθαι, ὡς τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν ἐστήρικται κράτος, καὶ μήτε πρὸς ἀλαζονείαν ὑπαίρεσθαι, μήτε πρὸς ἀθυμίαν καταφέρεσθαι, βεβηκότων ἐστὶν ἀσφαλῶς, καὶ ἀκράδαντον ἐχόντων τὴν ψυχήν.

ιδ Εἴ τις κεκαθαρμένον ἔχει τὸν λογισμὸν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης ἀπάτης, καὶ βλέπει τὸ οὐτιδανὸν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, τό τε βραχὺ καὶ ὠκύμορον τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ τὸν συνεζευγμένον τῇ σαρκὶ ῥύπον, εἰς τὸν τῆς ὑπερηφανίας οὐκ ἐμπεσεῖται κρημνὸν, κἂν ἐν ἀξιώματι ὑπάρχῃ ὑψηλῷ.

ιε Ὑπὲρ πάντα τῆς βασιλείας τὰ ἔνδοξα, τῆς εὐσεβείας τὸ στέμμα τὸν βασιλέα κοσμεῖ. ὁ γὰρ πλοῦτος ἀπέρχεται, καὶ ἡ δόξα μετέρχεται. τὸ δὲ κλέος τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀθανάτοις αἰῶσι συμπαρεκτείνεται, καὶ λήθης ἐπέκεινα τοὺς ἔχοντας ἵστησι.

ις Σφόδρα μοι δοκεῖ ἀτοπώτατον εἶναι, ὅτι πλούσιοι καὶ πένητες ἄνθρωποι, ἐξ ἀνομοίων πραγμάτων βλάβην πάσχουσιν ὁμοίαν. οἱ μὲν γὰρ, ὑπὸ τοῦ κόρου διαρρήγνυνται· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διαφθείρονται. καὶ οἱ μὲν κατέχουσι τοῦ κόσμου τὰ πέρατα, οἱ δὲ οὐκ ἔχουσι, ποῦ στῆσαι τὰ πέλματα. ἵνα τοίνυν ἄμφω τῆς ὑγιείας τύχωσιν, ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει τούτους θεραπευτέον, καὶ πρὸς ἰσότητα, τὴν ἀνισότητα μετενεκτέον.

non sinant rerum veritatem perspicere. Aut enim, quæ vituperatione sunt digna, interdum dilaudant; aut etiam non rarò, quæ omni laude sunt majora, vituperant: ut horum vitiorum alterutrum ab iis committatur, nempe, ut aut malum prædicent, aut contumeliosè bonum traducant.

13 Æquabilem semper esse decet regis animum. Cũ rerum enim mutationibus commutari, mentis levis & inconstantis est argumentum. Firmiter verò & fixa voluntate hærere bonis, uti pium vestrũ imperium est corroboratum, & nec ad insolentiam efferri, nec ad animi defectionem demitti, eorum est, qui sunt in virtute confirmati & celsâ invictaque animi magnitudine præditi.

14 Qui repurgatam ab humana impostura mentem habet, &, quàm nihil sit sua natura, perspicit, nec non brevitatem hujus vitæ, quodque subitæ obnoxia sit morti, itemque carni conjunctas sordes contuetur; in superbiæ præcipitium non incidet, etiamsi in altissimo amplissimoque dignitatis gradu sit locatus.

15 Præ omnibus, quæ regiæ celsitati insunt gloriosa, pietatis corona regem exornat. Opulentia enim abit, & gloria transit. Laus verò illa, quæ proficiscitur à ratione vitæ, ad Dei nutum compositæ, in sempiterna ætatum secula extenditur, & longè supra oblivionis injurias suos extollit possessores, ut nullo unquam tempore inobscurari queant.

16 Absurdissimum mihi esse videtur, quòd & divites & pauperes ex dissimilibus facinoribus similia patiantur detrimenta. Illi enim satietate disrumpuntur, hi autem fame pereunt. Et illi quidem mundi fines occupant: his verò etiam deest, ubi pedum vestigium ponant. Ut ergo utrique sanitatem consequantur, subductione & additione eis medicina est afferenda, & ad æqualitatem inæqualitas revocanda.

ιζ Ἐφ' ὑμῶν ἀνεδείχθη τῆς εὐζωΐας ὁ χρόνος, ὃν προεῖπέ τις τῶν παλαιῶν ἔσεσθαι, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. καὶ γὰρ φιλοσοφοῦντες ἠξιώθητε βασιλείας, καὶ βασιλεύσαντες οὐκ ἀπέστητε φιλοσοφίας. εἰ γὰρ τὸ φιλεῖν σοφίαν ποιεῖ φιλοσοφίαν, ἀρχὴ δὲ σοφίας ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, ὃν ἐν τοῖς στέρνοις ὑμῶν διὰ παντὸς ἔχετε, εὔδηλον, ὡς ἀληθὲς τὸ παρ' ἐμοῦ λεγόμενον.

ιη Βασιλέα σὲ κατὰ ἀλήθειαν ὁρίζομαι, ὡς βασιλεύειν καὶ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν δυνάμενον, καὶ τὸν στέφανον τῆς σωφροσύνης ἀναδησάμενον, καὶ τὴν πορφύραν τῆς δικαιοσύνης ἀμφιασάμενον. ἡ μὲν γὰρ ἄλλη ἐξουσία, τὸν θάνατον ἔχει διαδοχήν· ἡ δὲ τοιαύτη βασιλεία, τὴν ἀθάνατον σώζει διαμονήν. καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ λύεται· ἡ δὲ τῆς αἰωνίου κολάσεως ῥύεται.

ιθ Εἰ τὴν ἐκ πάντων βούλει καρποῦσθαι τιμήν, γίνου τοῖς ἅπασιν εὐεργέτης κοινός. οὐδὲν γὰρ οὕτω πρὸς εὔνοιαν ἐφέλκεται, ὡς εὐποιΐας χάρις, διδομένη τοῖς χρήζουσιν. ἡ γὰρ διὰ φόβον γινομένη θεραπεία, κατεσχηματισμένη ἐστὶ θωπεία, πεπλασμένης τιμῆς ὀνόματι φενακίζουσα τοὺς αὐτῇ προσανέχοντας.

κ Στεπτὴ δικαίως ἐστὶν ἡ ὑμῶν βασιλεία, ὅτι τοῖς πολεμίοις μὲν δεικνύει τὴν ἐξουσίαν, τοῖς ὑπηκόοις δὲ νέμει φιλανθρωπίαν. καὶ νικῶσα ἐκείνους τῇ δυνάμει τῶν ὅπλων, τῇ ἀόπλῳ ἀγάπῃ τῶν οἰκείων ἡττᾶται. ὅσον γὰρ θηρίου καὶ προβάτου τὸ μέσον, τοσοῦτον ἀμφοτέρων ἡγεῖται τὸ διάφορον.

κα Τῇ μὲν οὐσίᾳ τοῦ σώματος, ἴσος παντὶ ἀνθρώπῳ ὁ βασιλεύς· τῇ ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ ἀξιώματος ὅμοιός ἐστι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. οὐκ ἔχει γὰρ ἐπὶ γῆς τὸν αὐτοῦ

ὑψηλό-

17 In vobis re ipsa est præstitum & effulsit illud felicis vitæ tempus, quod fore ex veteribus quidam prædixit, quum aut philosophi regnaturi essent, vel reges philosophaturi. Etenim quum sapientiæ essetis dediti, regno digni estis judicati: & regno suscepto, ab hoc studio non descivistis. Si enim τὸ φιλεῖν σοφίαν, id est, amor sapientiæ, Philosophiam constituit, initium autem seu etiam caput & principatus sapientiæ est Dei timor, quem vestris præcordiis conceptum geritis, manifesta evadit veritas ejus, quod à me dictum fuit.

18 Ex veritate te Imperatorem nuncupo, ut qui dominari & imperare possis voluptatibus, temperantiæ redimitus coronâ, & justitiæ amictus purpurâ. Alia enim si qua sit licentia, mortem habet comitem: Tale autem regnum immortali perpetuitate continuatum servatur. Et illa quidem in hoc seculo solvitur & obliteratur, hæc autem ab æterno exitio eximitur & liberatur.

19 Si ab omnibus honoris fructum velis percipere, in omnes communiter sis beneficus. Nullâ enim re tam attrahuntur animi, & aliorum allicitur benevolentia, atque beneficâ gratiâ, qua indigentium necessitati consulitur. Qui .n. ex metu præstatur cultus *, fucata quædam est assentatio *, quæ ficti honoris titulo fallit eos, qui ad ipsam animum adjiciunt. *θεραπεία. *θωπεία.

20 Venerabile meritò est vestrum imperium, quia hostibus quidem metuendam demonstrat potestatem, subditis autem humanitatem exhibet. Et quum illos armorum robore devincat, à suis inermi charitate superatur. Quantum enim inter feram & ovem est discrimen, tantam inter illos utrosque statuit differentiam.

21 Naturâ * quidem corporis cuivis alii homini par est Imperator: potestate autem majestatis similis est Dei, omnibus præsidentis. Non enim habet in terra se quen- *οὐσίᾳ. *ἐξουσίᾳ.

ὑψηλότερον. χρὴ τοίνυν αὐτὸν καὶ ὡς θεὸν μὴ ὀργίζεσθαι, καὶ ὡς θνητὸν μὴ ἐπαίρεσθαι. Εἰ γὰρ εἰκόνι θεϊκῇ τετίμηται, ἀλλὰ καὶ κόνει χοϊκῇ συμπέπλεκται, δι' ἧς ἐκδιδάσκεται τὴν πρὸς πάντας ἰσότητα.

κβ Ἀποδέχου τοὺς τὰ χρηστὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντας, ἀλλὰ μὴ τοὺς κολακεύειν ἑκάστοτε σπεύδοντας. οἱ μὲν γὰρ τὸ συμφέρον συνορῶσιν ἐν ἀληθείᾳ· οἱ δὲ πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορῶσι, καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι, τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις συνᾴδουσι.

κγ Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς σοὺς οἰκέτας, οἷον εὔχῃ σοι τὸν δεσπότην γενέσθαι. ὡς γὰρ ἀκούομεν, ἀκουσθησόμεθα· καὶ ὡς ὁρῶμεν, ὁραθησόμεθα ὑπὸ τοῦ θείου καὶ παντεφόρου βλέμματος, προεισενέγκωμεν οὖν τῷ ἐλέῳ τὸν ἔλεον, ἵνα τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀντιλάβωμεν.

κδ Ὥσπερ τὰ ἀκριβῆ τῶν κατόπτρων τοιαύτας δείκνυσι τὰς τῶν προσώπων ἐμφάσεις, οἷάπερ ἐστὶ τὰ πρωτότυπα, φαιδρὰ μὲν τῶν φαιδρυνομένων, σκυθρωπὰ δὲ τῶν σκυθρωπαζόντων· οὕτω καὶ ἡ δικαία τοῦ θεοῦ κρίσις ταῖς ἡμετέραις πράξεσιν ἐξομοιοῦται. οἷάπερ ἂν ᾖ τὰ παρ' ἡμῶν εἰργασμένα, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμοίων παρέχει.

κε Βουλεύου μὲν τὰ πρακτέα βραδέως, ἐκτέλει δὲ τὰ κριθέντα σπουδαίως· ἐπεὶ λίαν ἐστὶ σφαλερὸν, τὸ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπερίσκεπτον. εἰ γὰρ τὰ ἐξ ἀβουλίας τις ἐννοήσει κακὰ, τότε γνώσεται καλῶς τῆς εὐβουλίας τὰ χρήσιμα· ὡς καὶ τῆς ὑγιείας τὴν χάριν, μετὰ τὴν πεῖραν τῆς νόσου. δεῖ τοίνυν, εὐφρονέστατε βασιλεῦ, καὶ βουλῇ συνετωτέρᾳ, καὶ εὐχῇ συντονωτέρᾳ, ἐξερευνᾶν ἀκριβῶς τὰ συνοίσοντα τῷ κόσμῳ.

κϛ Ἄριστα

quam celsiorem. Decet igitur eum,&,ut Deum,non ira- * εἰκόνι
sci, &,ut mortalem, non efferri. Etsi enim divinâ ima- θεϊκῇ.
gine* sit honoratus & decoratus, ex pulvere * tamen eti- * χόϊ
am terreno est compositus ac commistus, quo de æqua- χοϊκῇ.
litate,quæ est cum omnibus aliis,edocetur.

22 Eos suscipe & admitte, qui utilia & proba in medium sunt consulturi: non autem eos, qui adulari identidem student. Illi enim, quod expedit,verè perspiciunt: hi verò ad ea,quæ imperantibus placeant,respiciunt,corporumque umbras imitati,omnibus, quæ ab illis dicuntur,applaudunt.

23 Talem te gere erga tuos famulos,qualem,se ut dominus erga te præbeat, exoptes. Ut enim audiemus,ita audiemur: & ut videbimus, ita videbimur à divino illo & omnia contuente aspectu. Priores igitur misericordiæ misericordiam jungamus, & simili simile acquiramus, velutique mercedem virtuti exercitæ retributam, recipiamus.

24 Sicut accuratè facta specula, talia vultuum repræsentant simulacra,qualia sunt archetypa,id est illa,à quibus sparguntur corpora,ut læte sunt imagines lætorum, tristes tristium:Sic etiam justum Dei judicium nostris simile est actionibus. Qualia enim sunt opera nostra, talia etiam vicissim nobis Deus exhibet, sive fruenda bona,sive patienda mala.

25 Consulta quidem, quæ agenda sunt, cunctanter: quæ verò judicata fuerint, graviter & seriò perfice: quia valde est lubrica & noxia in negotiis inconsiderantia. Si quis enim,quæ ex inconsulta temeritate proveniant mala, perpendat, cognoscet quoque consultæ prudentiæ
commoda: sicut etiam, quantum sit beneficium sanitas, * συνετωτέ-
ex morbi experientia discitur. Decet igitur,rex benignis- ρᾳ.
sime, & consilio prudente* & ardente* precatione atten- * συντονωτέ-
tè ac diligenter scrutari,quæ mundo sunt profutura. ρᾳ.

κϛ Ἄριστα διοίκησις τῆς ἀγαθῆς σου βασιλείας, εἰ πάντα σπουδάζεις ἐφορᾶν, καὶ μηδὲν ἀνέχῃ παρορᾶν. οὐ γὰρ μικρὸν ἐπί σοι, ὅπερ μικρὸν εἶναι δοκεῖ, ἐν συγκρίσει τῶν σῶν. ἐπειδὴ καὶ ῥῆμα βασιλέως ψιλὸν, μεγάλην ἔχει παρὰ πᾶσιν ἰσχύν.

κζ Σαυτῷ τὴν τοῦ φυλάττειν τοὺς νόμους ἐπίθες ἀνάγκην, ὡς μὴ ἔχων ἐπὶ γῆς τὸν δυνάμενον ἀναγκάζειν. οὕτω γὰρ καὶ τῶν νόμων ἐπιδείξεις τὸ σέβας, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων τούτους αἰδούμενος, καὶ τοῖς ὑπηκόοις φανήσεται τὸ παρανομεῖν οὐκ ἀκίνδυνον.

κη Ἴσον τῷ πλημμελεῖν, τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας, λογίζου. κἂν γάρ τις πολιτεύηται μὲν ἐνθέσμως, ἀνέχηται δὲ τῶν βιούντων ἀθέσμως, συνεργὸς τῶν κακῶν παρὰ θεῷ κρίνεται. εἰ δὲ βούλει διπλῶς εὐδοκιμεῖν, καὶ τοὺς τὰ κάλλιστα ποιοῦντας προτίμα, καὶ τοῖς τὰ χείριστα δρῶσιν ἐπιτίμα.

κθ Λίαν συμφέρειν ὑπολαμβάνω τὸ φεύγειν τὰς τῶν κακῶν συνδιαλλήσεις. τὸν γὰρ συνόντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τι πονηρόν. ὁ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς συνδιάγων, ἢ μίμησιν τῶν καλῶν ἐκδιδάσκεται, ἢ μείωσιν τῶν κακῶν ἐκπαιδεύεται.

λ Ἐγκόσμιον ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθεὶς βασιλείαν, μηδενὶ χρῶ τῶν πονηρῶν πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις, ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνοι κακῶς διαπράξωνται, λόγον ὑφέξει θεῷ, ὁ τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς δεδωκώς. μετὰ πολλῆς οὖν ἐξετάσεως, αἱ τῶν ἀρχόντων προβολαὶ γινέσθωσαν.

λα Ἴσον νόμιζε κακὸν, καὶ τῶν ἐχθρῶν θυμοῦσθαι ταῖς κακουργίαις, καὶ τῶν φίλων θέλγεσθαι ταῖς κολακείαις. δεῖ γὰρ πρὸς ἑκατέρους γενναίως ἀνθίστασθαι, καὶ τοῦ πρέ-

ποντος

26 Optimè justum tuum imperium administraveris, si omnia inspicere ipse studeas, & nihil despicias vel negligas. Neque enim quod parvum videtur esse, parvum est in te, si tui comparatio cum tuis instituatur: quandoquidem etiam verbum regis nudum magnam apud omnes vim obtinet.

27 Tibi ipsi impone necessitatem leges observandi, quum non habeas in terris, qui te possit cogere. Sic enim & legum venerandam esse auctoritatem ostendes, si tu ante alios eas colas: & subditis manifestò constabit, illarum transgressionem non fore periculo vacuam.

28 Pariter impium esse statue peccare, & non impedire peccantes. Si quis enim in republica quidem secundùm leges vivat, eos autem, qui contra leges vitam agũt, toleret, coram Deo malorum socius judicatur. Si verò gemino velis inclarescere honore, da operam ut & eos, qui honestati cumprimis sunt dediti, plurimi æstimes *, & i- *προτίμα.
stos qui tetra facinora perpetrant, pœnis dignis corripias*. *ἐπιτίμα.

29 Multum referre arbitror, ut pravorum hominum fugias consuetudines. Eum enim, qui cum improbis semper versatur hominibus, mali aliquid aut pati * aut *παθεῖν.
discere * necessum est. Qui verò cum bonis degit, aut e- *μαθεῖν.
docetur honesta imitari, aut discit prava deminuere.

30 Quum terrarum orbis tibi à Deo sit creditum imperiũ, nemine ex malis ad administrationes utere. Quæ enim perperam gesserint, de iis rationem Deo reddet ille, qui malè agendi licentiam illis indulserit. Non igitur, nisi diligenti antegressâ exploratione, magistratus creentur.

31 Pariter malum esse autumo, & ob inimicorum maleficia excãdescere & amicorũ capi adulationibus. Oportet enim utrisque fortiter resistere, & neutiquam decoro

ποντος μηδαμῶς ἀφίστασθαι, μήτε τὴν ἀλόγιστον ἐκείνων δυσμένειαν ἀμυνόμενον, μήτε τὴν ἐπίπλαστον τούτων εὐμένειαν ἀμειβόμενον.

λβ Ἡγοῦ τούτους εἶναι φίλους ἀληθεστάτους, μὴ τοὺς ἐπαινοῦντας ἅπαντα τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα, ἀλλὰ τοὺς κρίσει δικαίᾳ πάντα πράττειν σπουδάζοντας, καὶ συνηδομένους μὲν ἐπὶ τοῖς χρηστοτέροις, ἐπιστυγνάζοντας δὲ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. οὗτοι γὰρ ὄντως ἀψευδεστάτης φιλίας δεικνύουσι τεκμήριον.

λγ Μὴ μεταβαλέτω σοὶ τὴν μεγαλόφρονα γνώμην τῆς ἐπιγείου ταύτης δυναστείας ὁ ὄγκος, ἀλλ' ὡς ἐπίκηρον διέπων ἀρχὴν, ἄτρεπτον ἔχε τὸν νοῦν ἐν πράγμασι τρεπτοῖς· μήτε ἐν ταῖς εὐθυμίαις ἐξυψούμενος, μήτε ἐν ταῖς ἀθυμίαις ταπεινούμενος.

λδ Ὥσπερ χρυσὸς ἄλλοτε ἄλλως ὑπὸ τῆς τέχνης μετατυπούμενος, καὶ πρὸς διάφορα κοσμίων εἴδη μεταποιούμενος, ὅπερ ἐστὶ, διαμένει καὶ ῥοπὴν οὐχ ὑπομένει· οὕτω καὶ αὐτὸς, εὐκλεέστατε βασιλεῦ, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἀμείβων ἀρχὴν, φθάσας δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἀνωτάτω τιμὴν, ὁ αὐτὸς διαμένεις, οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν, ἀναλλοίωτον ἔχων ἐν τῷ καλῷ τὸ φρόνημα.

λε Νόμιζε τότε βασιλεύειν ἀσφαλῶς, ὅταν ἑκόντων ἀνάσσῃς τῶν ἀνθρώπων. τὸ γὰρ ἀκουσίως ὑποταττόμενον, στασιάζει καιροῦ λαβόμενον· τὸ δὲ τοῖς δεσμοῖς τῆς εὐνοίας κρατούμενον, βεβαίαν ἔχει πρὸς τὸ κρατοῦν τὴν εὐπείθειαν.

λς Ἵνα τὸ κράτος τῆς βασιλείας ποιήσῃς ἀοίδιμον, ὅσην ἔχεις κατὰ τῶν ὑπηκόων ἁμαρτανόντων ὀργὴν, τοσαύτην ἔχειν καὶ κατὰ σαυτοῦ πλημμελοῦντος, ἀξίου. οὐδεὶς γὰρ ἰσχύει τὸν ἐν ἐξουσίᾳ τηλικαύτῃ παιδεύειν,

εἰ μὴ

absistere, ita ut nec stolidam illorum ulciscaris malevolentiam, nec etiam fucatæ horum benevolentiæ respondeas vel eam remunereris.

32 Eos verissimos amicos esse judica, non qui omnia, quæ abs te dicuntur prædicant, sed qui justo judicio omnia facere student, quique bene quidem dictis factisve oblectantur, indolescunt autem contrariis. Isti enim remotæ ab omni falsitate amicitiæ indubitatam significationem edunt.

33 Ne animi tui magnitudinem terreni dominatus amplitudo immutet; sed, ut qui caducum gubernes imperium, mentem immutabilem in mutabilibus negotiis retineas, ut nec in rebus lætis * efferaris nimiùm, nec etiam in tristibus * ultra modum deprimaris. *εὐθυμίαις *ἀθυμίαις

34 Ut aurum, quamvis alio atque alio modo ab arte diffingatur, & ad varias ornamētorum species suscipiendas transformetur, tamen, quod est, permanet*, nec sustinet * mutationem: ita & tu, gloriosissime Imperator, etsi alium ex alio principatum sortiaris & jam ad summum honoris fastigium perveneris, idem in rebus non iisdem permanes, animum in honesti studio servans immutabilem. * διαμένει. * ὑπομένει.

35 Tunc tutò te regnare statue, ubi lubentibus volentibus hominibus imperas. Nam qui invito animo parent, occasionem nacti seditionem movent. Qui verò benevolentiæ vinculis continentur & reguntur, stabilem servant erga rectores obedientiam.

36 Ut imperii robur celebre reddas, quantam in subditos peccantes exerces iram, tantam tibi in teipsum delinquentem esse sumendam cense. Nemo enim eâ potentiâ est, ut in tanta potestate constitutum castiget.

εἰ μὴ λογισμὸς οἰκεῖος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πλημμελοῦντος κινούμενος.

